

Isabella Regina Hungarica
Sigismundus Primus Rex Poloniae

198
Serenissima. Ex Nuntio nostro quem ad Matrem
Vestram misimus Venerabili Alexandro Vilnensi San-
domiriensi et Varschoviensi Canonico, Matris Vestrae co-
gnosces, quod nos omni ope nostra Matrem Vestram ad-
iutam cupimus, ita ut neque auxilium neque consilium
nostrum sit illi defuturum: Sed quod a Nobis postu-
lat, ut ne verbis neve literis agamus, sed authorita-
tem Nostram Regiam interponamus id ex eo ipso in-
telliget, facere nobis non licere. Non quod gravemur,
aut sumptus aliquos facere, aut pericula adire pro-
pter Matrem Vestram, sed quod foederibus id facere
prohibemur, dolet nobis ita agere cum Matre Vestra
Do. Thesaurarium, sed nos tamen quamvis ad eum
severiora mandata dederimus, censemus nihilomi-
nus ut adhuc periculum faciat Matris Vestrae, si
quid contra eum benignitate proficere possit, ac
omni ratione adiungere sibi eum potius, quam
alienare a se conetur. Nihilominus tamen ea quae
sunt Matris Vestrae maxime vero castra et oppi-
da, in quibus dos inscripta est et obligata ab eo
repetat. Quae vero sunt Illius Filii Matris Ve-
strae hereditaria, ea si ita visum est, repetat,
neque tamen graviter urgeat. Nam cum Filii
Matris Vestrae cura per Caesarem Turcarum Domi-
Thesaurario commissa sit, faciendum nobis non
videtur, ut intet vehementius, quo bonorum
ipsius Hereditariorum possessionem Vestrae Matris
tradat. Hoc tamen Matris Vestrae ab eo postulet,
ut Matris Vestrae singulis annis rationem red-
dat accepti et expensi, ut scire possit, in quos
usus Illius Filii proventus conversi sint.

Quod

Quod vero pecunia solicitandos putat eos, qui Domi-
no Thesaurario sunt addicti, Nobis non probatur. Neque
enim satis firmum ea in re praesidium est. Redibunt
iidem illi ad ingenium postea. Poterit autem illis
Mtas Vestra gratiam suam promittere, quae sit eos
Praefecturis aut dignitatibus ornatura: quodque verbis
promiserit id suo tempore cum dignitatem obti-
nerit re prestare. Sed si aliis rationibus profice-
re se non posse viderit, apud Caesarem Turcarum
de eo queratur, et ex Basiliis aliquam liberalitate, si-
bi sua delinuat, quod facere Do. Thesaurarius dici-
tur. Nos quoque Nuntio Nostro ad Caesarem Turcarum
mandata dabimus, ut de statu Mtis Vestrae, cum
illo agat, ac dignitati illius omnibus modis provi-
deri curet. Quem quo itinere simus missuri non
dum constitutam habemus. Si per Valachiam
profectus erit, lileris suis Mtas Vestra quod fieri
velit significabit. Si vero per Transylvaniam co-
ram illum instruet.